

Iesus Nazarenus crucifixus surrexit.

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Marcum

16, 1-7

- ¹ **C**um transisset sábbatum,
María Magdaléne et María Iacóbi et Salóme
emérunt arómata,
ut veniéntes úngerent Iesum.
- ² Et valde mane, prima sabbatórum,
véniunt ad monuméntum, orto iam sole.
- ³ Et dicébant ad ívicem:
«Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti?».
- ⁴ Et respiciéntes vident revolútum lápidem;
erat quippe magnus valde.
- ⁵ Et introeúntes in monuméntum
vidérunt iúvenem sedéntem in dextris,
coopértum stola cándida,
et obstupuérunt.
- ⁶ Qui dicit illis:
«Nolíte expavéscere!
Iesum quáeritis Nazarénum crucifíxum.
Surréxit, non est hic;
ecce locus, ubi posuérunt eum.
- ⁷ Sed ite,
dícite discípulis eius et Petro:
“Præcédit vos in Galilæam.
Ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis”».
- Verbum Dómini.